



**Bellum Sacrum Ecclesiæ Militantis Contra Turcum  
Communem Hostem Christianorum**

**Vaux, Léonard de  
Leodii, 1685**

§. V.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64991](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64991)

**A**B Eucharistia manavit in Ecclesiam primitivam, visibilis Spiritus Sancti communicatio; qui die Pentecostes post peractum à Principe Apostolorum, aliis cooperantibus incruentum novæ legis Sacrificium, descendit in omnes præsentes, & repleti sunt omnes Spiritu Sancto, & cœperunt loqui magnalia Dei; prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis. De primâ Missâ à puro homine celebratâ, post Christi Ascensionem, quam immediate subsecuta est Spiritus Sancti communicatio; & de aliis prærogatiis Christianæ Pentecostes egregium tractatum scripsit Theophilus Raynaudus inter Theologos nostri sæculi Doctissimus, legatur Tom. 6. de Eucharistiâ circa finem operis. Verum quidquid sit de primâ illâ celebratione primæ Missæ, post Cœnam Eucharisticam à Christo institutam, quæ Cœna, haud dubiè fuit absolute prima Missa, sive primum Sacrificium incruentum novæ legis: nulli dubium esse potest

ab Eucharistiâ , & per Eucharistiam ,  
in quâ totus Christus auctor & con-  
summator fidei , gratiæ , & gloriæ  
substantialiter continetur , perpetuò  
emanare in omnia Christi membra ,  
omnes donorum celestium rivos , qui-  
bus totius Ecclesiæ militantis ager ir-  
rigatur , & omnes ejus plantæ fœcun-  
dantur . Ac succum vitalem recipiunt ,  
in perpetuas Aeternitates permanen-  
tum.

Liceat hic mihi cum Divo Thomâ  
Aquinate , inter sapientissimos San-  
ctissimo Doctore Ecclesiæ , exclama-  
re ! Immensa Divinæ largitatis benefi-  
cia exhibita populo Christiano inæsti-  
mabilem ei conferunt dignitatem : ne-  
que enim est , aut fuit aliquando tam  
grandis natio , quæ habuerit Deos  
suos appropinquantes sibi , sicut adest  
nobis Deus noster : unigenitus siqui-  
dem Dei Filius , volens nos suæ Di-  
vinitatis esse participes , nostram na-  
turam assumpsit , ut homines Deos  
faceret factus homo : & hoc insuper  
quod de nostro assumpsit totum no-  
bis contulit ad salutem , Corpus nam-  
que suum pro nostrâ reconciliatione

in ara crucis obtulit Deo Patri , San-  
guinem suum fudit in pretium simul  
& lavacrum , & ut tanti beneficij ju-  
gis in nobis maneret memoria , Cor-  
pus suum in cibum , & Sanguinem  
in potum , sub specie panis & vini su-  
mendum fidelibus dereliquit . Nul-  
lum ergo Sacrificium , nullum Sacra-  
mentum est illo salubrius , quo pur-  
gantur peccata , virtutes augentur &  
mens omnium spiritualium carisma-  
tum abundantiam impinguatur , offer-  
tur in Ecclesiâ pro vivis & mortuis , ut  
omnibus prospicit , quod est pro om-  
nium salute institutum , suavitatem de-  
nique hujus Sacramenti , nullus dignè  
exprimere sufficit : per quod spiritua-  
lis dulcedo in suo fonte gustatur : &  
recolitur memoria illius , quam in suâ  
Passione Christus monstravit excel-  
lentissimæ charitatis .

§. VI.

**Q**Uæcum ita sint , certissimum est  
quod sicut divinorum divinissi-  
mum opus Sacerdotum Christi J E S U  
est quotidie in virtute Spiritus Sancti  
Imma-